



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

EVANGELIUM.

Bethleemiticis, quotquot essent bimuli aut minores, iuxta tempus, quod exacte cognouerat ex magis. Tunc perfectū est, quod dictū fuerat ab Hieremia propheta, cū ait. Vox in Rhama audita est, lamentatio, ploratus, & fletus multus. Rhachel plorans filios suos, & noluit consolationē admittere, propterea, quod non sint. Cæterū defuncto Herode, ecce angelus dñi in somnis apparuit Ioseph in Aegypto, dicens. Surge & assume puerū & matrem eius, & vade in terrā Israel. Defuncti sunt enim, qui quærebant animā pueri. At ille surgens assumpsit puerū, & matrem illius, & venit in terrā Israel. Verū cū audisset Archelaū regnare in Iudæa, loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed oraculo admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ, ac pfectus habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt impleteretur, quod dictum fuerat per prophetas, Nazareus vocabitur.

¶ CAPVT. III.

IN diebus illis, accedit Ioannes baptista, prædicans in deserto Iudææ dicensq; Resipiscite, in ppinquo est enim regnū cælorū. Nā hic est ille, de quo dixit Propheeta, qui ait, Vox clamantis in deserto, parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Ipse vero Ioannes habebat indumentū suum e pilis camelorū, & zonā pelliceam circum lumbos suos. Porro cibus illius erant locustæ, & mel syluestre. Tunc egressa est ad illum, Hierosolyma, & tota Iudæa, totaq; regio vndiq; finitima Iardani, & Baptizabantur in Iordane ab illo, confitentes peccata sua. Cū vidisset autē multos ex pharisæis & sadducæis, venientes, ad bap

MATTHAEVM. Fo. III.

visum suū, dixit illis. Progenies viperarū, quis vobis submonstra-
uit, vt fugeretis a v̄tura ira? Facite igit̄ fructus, qui deceant p̄c̄-
nitentiā. Et ne sitis hac mente, vt dicatis intra vos ipsos, patrem
habemus Abraham. Dico enim vobis quod possit deus facere,
vt ex lapidibus his, filij surgant ipsi abrahæ. Iam vero & securis
ad radicē arborū posita est. Omnis igit̄ arbor quæ non facit fru-
ctum bonū, excidit̄, & in ignē mittit̄. Ego quidem baptizo vos
aqua ad p̄nitentiā. At ille qui post me venturus est, fortior me
est, cuius non sum idoneus vt calciamenta portē. Ipse vos bapti-
zabit spiritu sancto & igni, cuius ventilabrum in manu ipsius, &
repurgabit areā suā, & cōgregabit triticū suū in horreū, paleā aut̄
exuret igni inextinguibili. Tūc accedit Iesus a Galilæa ad Iordanē
ad Ioannē, vt baptizaret̄ ab illo. At Ioānes phibebat illū dicens,
Mihī opus est, vt abs te baptizet, & tu venis ad me? Respondens
autem Iesus dixit ad illū, omitte nunc. Sic enim decet nos, vt cō-
pleamus omnem iusticiā. Tunc omittit illū. Et baptizatus Ie-
sus, ascendit protinus ab aqua, & ecce aperti sunt illi cœli, & vi-
dit̄ spiritū dei descendentē tanquā columbā, & venientem super
ipsum. Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi bene complacitum est.

¶ CAPVT. III.

Vnc Iesus subductus fuit in disertū a spiritu, vt ten-
taret̄ a diabolo. Et cū ieiunasset dies quadraginta, ac
noctes quadraginta, tandē esurijt. Et cū accessisset ad
eū ille qui tentat, dixit, Si filius es dei, iube vt lapides hi panes fi-